



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Immunitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

S.
n præ-
ar. 18.
us esse
tulum
assiuꝝ,
nus ad
et. Ve-
re vo-
sse di-

ifesso-
uitio-
s sub
tales
ordi-

oensfa-
petuas
, cùm
uariā,
camen
io re-
spen-
a Ca-

cum
tibus
bene-
, mo-
do

IMMUNITAS. 223

dō non assumātur in fraudem ipsius
privilegij; possunt autem id facere
etiam extra Capitulum. artic. 23. &
24.

IMMUNITAS.

Presumentes effringere Eccle-
siam Regularem, aut loca Fra-
trum, aut illis damnabilem vio-
lentiam exercere, excommunican-
tur, olim a solo Papa, iam etiam à
Superiore domus, quoad forum
conscientiæ tautūm absoluendi.
Quam excommunicationem non
incurrūt effringentes aliquod præ-
dictorum, non vt capiant, sed tan-
tum vt inquirant reum, quia ha-
bent ius ad quærendum, & per con-
sequens ad omnia impedientia di-
ctam inquisitionem remouenda. to.
2. q. 50. art. 1.

Iudices sacerdota inuentum reum
in Monasterio, &c. etiam immuni-
tate Ecclesiastica indignum(vt sunt
per declarationem Greg. XIV. publi-
ci latrones, viarum grassatores,
agrorum depopulatores, & qui in
locis sacris homicidia, aut mutila-
tiones fecerunt, aut qui proximum
proditorie occiderunt, assassini
haeretici,

224 IMMUNITAS.

hæretici, aut læsa Maiestatis rei) nullo modo extrahere possunt sub pena excommunicationis, donec Episcopus proprius, aut vicinior, causa prius cognita, eis tradiderit. Dum autem causæ notitia inquiritur, non in sæculari carcere, sed in ecclesiastico debet asseruari, reperitusque gaudere immunitate Ecclesiastica, ad Ecclesiam, vnde extratus est, debet reduci. art. 3.

Dicunt aliqui quod Sodomita, & grauissimè peccans non gaudet immunitate, nec Clericus, nec Religiosus; sed standum est consuetudini receptæ. art. 4.

Regulares permittentes in suis locis, vel Ecclesiis malefactores à ministris iustitiæ capi, nisi particularem afferant Episcopi, aut eius Officialis licentiam contra particularem illum malefactorem, cum interuentu personæ ecclesiasticæ ab eo authoritatem habentis (quidquid eis iurauerit Iudex, si fidem non seruet, sed occidat) incident in irregularitatem per Bullam Gregor. XIV. Quod etiam verum est eo causa, quo malefactor non gauderet immu-

INDVLGENTIAE. 225

immunitate , quandoquidem tunc
nulla ratione sibi persuadere de-
buerint , quod Iudex fidem ipfis
seruaret. art. 3. & 5.

In quibus casibus commendatarij
Ordinum militarium gaudeant im-
munitate, & in quibus non , Vide q.
62. tom. 2. ab art. 13. usque ad 18.

Totum Monasterium venit in-
telligendum nomine Ecclesiae , &
gaudet immunitate eiusdem per pri-
uilegium factum Cistertensibus,
etiam Monasterij grangiis, ab Euge-
nio. IV. tom. 2. q. 65. art. 2.

INDVLGENTIAE.

Vide Infirmi , Itineratio .

Dispensare.

Prelati habentes iurisdictionem
quasi Episcopalem , verisimiliter
possunt suis subditis concedere In-
dulgentiam eodem iure quo Episco-
pi, scilicet diuino , licet aliqui con-
tradicant , allegantes contrariam
consuetudinem totius Ecclesiae ; sed
consuetudo non prescribit contra
ius diuinum. Vide iurisdictio. 10. 2. q. u.
86. art. 2.

Provinciales Mendicantiū facta

P

visi